

quando totius Ecclesie una est oratio et una confessio. Ser. 3, de *Jejunio septimi mensis*.

96. Tunc est efficacior sanctiorque devotio, quando in operibus pietatis totius Ecclesie unus animus et unus est sensus. *Ibid.*, serm. 4.

97. Publica preferenda sunt propriis; et ibi intelligenda est præcipua ratio utilitatis, ubi vigilat cura communis. *Ibid.*

PETR. BLES. 98. Vivas in communi, sine singularitate. Ser. 31, de *Sancto Augustino*.

S. PETR. DAM. 99. Illic mens a mente dividitur, ubi facultatem communio non tenetur. Ubi circumstantia qualibet communiter possidentur, diversorum mentes in una voluntate concurrunt. *Opusc.* 24, contra *proprietas*, cap. 4.

100. Ubi divisio rerum, ibi procul dubio non est unitas animorum; charitas quippe communionem facit, avaritia divisionem. *Opusc.* 27, cap. 3.

S. PROSPER. 101. Sub unius ordinatione viventibus omnia omnium communia fiunt: si ita eis una sit vita, sicut sit una substantia, et nulla sit in eis diversitas animorum, quibus est communio facultatum. Lib. 2, de *Vita contempl.*, cap. 17.

RICH. A S. VICTORE. 102. Nihil gloriosius, nihil magnificentius, quam quicquid habes utile et dulces in commune deducere. Part. 1, lib. 3, de *Trin.*, cap. 14.

S. THOMAS AQUINAS. 103. Perfecta communis civilis est. 1, 2, quest. 90, art. 2.

104. Ad hoc quod aliquis in aliqua communitate bene commoretur, duo requiruntur, quorum primum est ut bene se habeat ad eum, qui præest communitati; aliud autem est ut bene se habeat ad alios communitatis socios, et participes. *Ibid.*, quest. 100, art. 3.

THOMAS A KEMPIS. 105. Ibi homo securius vivit, ubi a pluribus juvatur, et, si interdum ab aliquo tribulatur, ab alio rursus consolatur. *Prosec.*

106. Ibi homo magis in virtute probatur, et exercetur; ibi frequenter de negligentia arguitur.

107. Ibi ad perfectionem verbo et exemplo trahitur; ibi suam imperfectionem considerare et lugere compellitur.

108. Ibi alterius fervore excitatur, alterius humilitate docetur, istius obedientia movetur, illius patientia edificatur.

109. Ibi reverendatur esse pigrior, ibi confunditur inveniri tardior; ibi invenit quos timeat, ibi habet quos diligit.

110. Ibi alterius correctio, ejus fit correctio; ibi alienum periculum, proprium efficitur speculum.

111. Ibi unus alterius est custodia, ibi homo portat et portatur, ibi multa audit et videt unde doceatur.

112. Ibi boni commendantur, ut meliores fiant; ibi negligentes arguantur, ut refervescant. Ser. 2, ad *Nat.*, divis. 1.

113. Multum facit, qui rem bene facit; bene facit, qui magis communitati, quam suae voluntatis servit. Lib. 1 de *Imitatione Christi*, cap. 13, sect. 2.

SENTENTIE PAGANORUM.

114. Societas et communitas. quedam amicitia est. Lib. 9, de *Morib.*, cap. 12.

115. Amicorum omnia sunt communia. Lib. 9, *Ethic.* et 2 *Politicor.*

116. Perit res ipsa communis, cum ab ipsis, qui in communitate sunt, non conservetur. Lib. 9 *Ethic.* vel *Moral.*, cap. 6.

117. Simul semper communisque omnibus sit vita, nihil enim hoc re melius, nihil præstantius, nihil efficacius, nihil exquisitius unquam ad salutem comparandum. Lib. 12, de *Legibus*.

118. Nihil tam valet ad vitam, quantum bonorum virorum unanimis et consentiens voluntas. Ep. 1, ad *Diognysium*.

119. In commune vivatur; nec potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas convertit; alteri vivas oportet, si vis tibi vivere. Ep. 48.

120. Prosumt inter se boni; exercent enim virtutes, et sapientiam in suo statu continent. Epist. 109.

121. Observa ne in qualibet vitæ communitate, quos non imitaberis, damnare videaris. De *Quatuor virtut.*

122. Quorum communis est Deus, idemque Pater: hi nisi auxilia et opem in commune conferant, impii sunt. Sent. 219.

123. Justa communio servanda est. *Ibid.*, sent. 286.

Vide etiam tit. *Bonitas*, sent. 6; *Monachus*, sent. 109; *Patientia in genere*, sent. 23; *Religiosus*, sent. 13, *Unitas*.

COMPARATIONES.

Definitio. Comparatio est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. Lib. 4, de *Arte rhet.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Quod alteri simile est, id non idem est cum ipso, cupis similitudinem gerit. In *Refutat. contra hypocrisis Meletii*.

2. Sicut tota vita corporis est anima, sic beata vita animæ Deus est. Lib. 2, de *Lib. arb.* cap. 16.

ARISTOTEL.

PLATO.

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPH.

CICERO.

ATHANAS.

S. AUGUSTIN.

3. Sicut qui non vigilat dormit: sic quisquis non facit quod debet, sine intervallo patitur quod debet. *Ibid.*, lib. 3, cap. 15.

4. Similitudines adhibendæ sunt, ut quod minus intelligitur, exemplo clarescat. Ser. 51, de *Verbis Dom.*

5. Similitudo rerum, quæ ad oculos pertinet, maior est falsitatis. L. 2, *Soliloquiorum*, c. 5.

6. Maxima multitudo est hominum, qui si ratione velint verum comprehendere, similitudinibus rationum facile decipiuntur. De *quantit. animæ*, cap. 7.

7. Quomodo coluber non apertis passibus, sed squamarum minutissimis nisibus reptit; sic lubricus deficientis motus negligentes minutatim occupat, et incipiens a perverso appetitu similitudinibus Dei, pervenit ad similitudinem pecorum. Lib. 12, de *Trin.*, cap. 11.

S. BERNARD. 8. Ex comparatione veterum, novitatis decus gratius venustiusque apparet. Ep. 78, ad *Sagge- rium abbat. S. Dionysii*.

9. Jucundius bona recentia clarescunt, cum fuerint malis comparata prioribus. *Ibid.*

10. Noli te homo comparare majoribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli uni; quid scis si unus ille quem forte viliissimum atque miserimum reputas, melior te non futurus sit? Ser. 37, sup. *Cant.*

BOETIUS. 11. Avaritia cum fervet alienarum opum violentus ereptor, similem lupi dixeris. *Prosec.*

12. Ferocis atque inquietus linguam litigis exercet? cum comparabis.

13. Insidiator oculis surripuisse fraudibus gaudet? vulpeculis exæquetur.

14. Iræ intemperans fremit? leonis animum gestare creditur.

15. Pavidus et fugax, non metuenda formidat? cervis similis habetur.

16. Sægnis ac stupidus torpet? ut asinus.

17. Levis ac inconstans studia permutat? nihil ab avibus differt.

18. Fastis, immundisque libidibus quis immergitur? sordidæ cui voluptate detinetur. Lib. 4, de *Consol. Philoso. j.*, prosa 4.

S. GREG. MAG. 19. Mala quasi mala esse desinunt comparatione pejorum, et bona quasi bona non sunt comparatione meliorum. Lib. 28 *Moralium*, cap. 9.

S. HIERONYM. 20. In comparatione duorum malorum, levius malum est aperte peccare, quam simulare et fingere sanctitatem. Lib. 6, in *Isai.*, cap. 16.

HUGO A S. VICTORE. 21. Sicut ineptum est deformia pulchris conjungere, sic omnino indecens est ea, quæ non habent nisi infirmam quandam et imaginariam pulchritudinem, pulcherrimis cœquare. In *Soliloq. de Arrha animæ*.

22. Recte miserie hujus vitæ aquis prætereuntibus comparantur, quia mentes electorum calamitas transitoria non subvertit, se habuit. Sup. *Job*, cap. 11.

23. Temporalium quatuor similitudines sunt: Hugo Card. Prima similitudo est de lanigine, quæ cito vento tollitur; secunda est de spuma, quæ statim a procella dispergitur; tertia est de fumo, qui subito in ventum diffunditur, et annihilatur; quarta est de hospite unius diei, qui statim obligationi traditur: sic omnia temporalia cito evanescent. Sup. *Sap.*, cap. 5.

24. Thesaurum cupiam assimilatur iustorum virtus, in quo plurima et ineffabiles divitiæ continentur. Hom. 36, sup. *Genes.*

25. Ex comparatione pejoris, oboritur laus melioris. Hom. de *Adam et Eva*.

26. Pejus est comparari hestis, quam nasci; nam naturaliter non habere rationem, tolerabile est, sed rationis decoratione decoratum, irrationabili natura comparari, voluntatis est crimen. Ser. de *Ascens.* sup. illud *Psal.* xlviii: *Comparatus est jumentis*.

27. Res, quæ minus per se advertuntur, per se. ISID. LESP. comparationem rerum facile capiunt. Lib. 3, de *Sun. bono*, cap. 14, sent. 3.

28. Cum homo secundum se vivit, similis est diabolo. Sent. 150.

SENTENTIE PAGANORUM.

29. Si velis divitias cum virtute comparare, vix satis idoneæ tibi videbuntur divitiæ, quæ virtutis pedissequæ sint. Lib. 4, de *Arte rhetorica ad Herennium*.

30. Semper citra veritatem est similitudo. Lib. 1 *Controvers.*

31. Quid fœdus, quid indignius, quam comparare venerandam contemptis? Ep. 92.

32. Sapiens vir, et pecuniæ contemptor, similis est Deo. Sent. 13.

Vide etiam alias comparationes in cæteris titulis.

COMPASSIO.

Definitio. Compassio est condolare medullitus afflictionibus proximorum, tam spiritalibus quam corporalibus. De *Paradis. animæ*, part. 1, de *Virtutib.*, cap. 12.

Compassio est per quam ex proximi dolore condolenti animo quedam afflictio generatur. De *Fruet. carnis et spirit.*, cap. 18.

Compassio est quando miseris aliorum condolemus. Lib. 3, de *Arca Noe, Moral.*, cap. 5.

Compassio est timor pius, humilis, fructuosus, qui cuilibet (quantumlibet peccatori) facile misere-

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

S. ISID. LESP.

S. PROSPER.

SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO.

SENECA.

SIXT. PHILOS.

COMPASSIO.

S. ATHANAS. MAGNUS.

HUGO A S. VICTORE.

S. LAURENT. JUSTIN.

ricordiam promeretur. *De ligno vite*, tract. 1, *de Justitia*, cap. 6.

HUGO A. S. VICTORE. *Divisio*. Triplex est compassionis modus: est compassio alia ex vitio, alia ex natura, alia ex virtute. *Proseco*.

Compassio ex vitio est, quando affectus illic reprehensibili dolore tangitur, ubi illicito prius amore lenebatur.

Compassio ex natura est, quando ex insito sibi pietatis affectu, animus alienis meritis condolet, quoties contra pietatis vel humanitatis mensuram, naturam opprimi, sive affligi videt.

Compassio ex virtute est, quando propter Deum alienis doloribus compatimur; cum scilicet vel iustitiam premi vel innocentiam affligi videmus.

Compassio ex vitio, culpabilis est, compassio ex natura, irreprensibilis; compassio ex virtute, laudabilis.

Prima reprehenditur. Secunda nec culpam habet, quia ex natura est; nec premium, quia ex virtute non est. Tertia laudatur. *De quatuor volunt. in Christo*.

SENTENTIA PATRUM.

S. ALBERT. MAG. 1. Argumentum vere compassionis est, non solum condolare amicis, verum etiam inimicis. *De Paradiso animæ*, part. 1, *de Virtutibus*, cap. 12.

S. AMBROSIIUS. 2. Hoc maximum incentivum misericordie est, ut compatiatur alienis calamitatibus. Lib. 2, *Offic.*, cap. 28.

S. ANTONIUS DE PADUA. 3. Magna consolatio est patientis, si secum habeat condolentem. Sup. II, *ad Cor.*, cap. 7, in illud: *Qui consolatur homines*.

S. ANTONIUS DE PADUA. 4. Cor lapideum portat, qui nulla movetur compassione circa proximum. Serm. infra *Oct. Nat. Dom.*

S. AUGUSTINUS. 5. Quid miserius misero, non miserante seipsum? Lib. 1, *Conf.*, cap. 13.

6. Pia est ista tristitia et, si dici potest, beata miseria, vitii alienis tribulari, non implicari; merere, non herere; dolore contrahi, non atrahi. Ep. 145, *ad Sebastianum*.

7. Nusquam tam vigere debent viscera misericordie, quam in catholica Ecclesia. *De Agone Christiano*, cap. 30.

8. Non est validior vel efficacior vulneribus nostris medicina, quam habere qui omni incommodo occurrat compatiens. *De Amicitia*, cap. 5.

9. Quanto major charitas, tanto majores plage de peccatis alienis. Sup. *Psal.*, xcvi.

10. Si clausis viscera misericordie indigentis, omnino claudatur tibi janua Christi. Serm. 6, *ad Fratres in eremo*.

11. Sic Deus festinat absolvere reum a tormento

conscientie sue, quasi plus cum cruciet compassio miseri, quam ipsum miserum compassio sui. *De spiritu et anima*, cap. 6.

12. Compatitur nulli, qui non sibi scit misereri. In *Proverb.*, verbo *Compatitur*.

13. Quoties peccantem videtis fratrem, toties procedere debet compassionis affectus, tanquam cognatus humanitati. Serm. 2, in *die Pasche*.

14. Compassio affectus multis quidem prodest, quia animus liberalis contristare quem pro se videt anxium, erubescit. *Proseco*.

15. Sed quid agimus, quod nonnulli dura cer vice, et atrita sunt fronte, ut quo magis eis compatimur, tanto magis nostra compassione abutantur? *Ibid.*

16. Cum aderit compassionis-affectus, et zelus iustitie, necesse est ut adsit spiritus discretionis, ne forte cum oporteat hunc exhiberi, ille procedat, et indiscretio ipsa confundat universa. *Ibid.*

17. Emenda sunt tria mentis aromata; affectus compassionis, rectitudinis zelus, et spiritus discretionis, nummo propria voluntatis. *Ibid.*

18. Inest naturæ (si peccato non obsolescat) gratæ et egregie suavitatis liquor, ut molliorem magis ad compatiendum peccantibus, quam ad indignandum asperiores sese sentiat. Serm., sup. *Cant.*

19. Devotus miles non sentit sua, cum benigni ducis contuetur vulnera. *Ibid.*, Serm. 61.

20. Cedit asina, et est qui sublevet eam; perit anima, et nemo est qui reputet. Lib. 3, *de Consider.*

21. Eo spiritu fratri egrotanti subvenias, quo tibi vis subveniri cum egrotas. *Proseco*.

22. Nescit sanus quid sentiat æger, aut plenus quid patiatur jejunos; æger ægro, et jejunos jejuno quanto propinquius, tanto familiarius compatiuntur.

23. Sed ut ob alienam miseriam miserum cor habeas, oportet ut tuam prius agnoscas, ut proximam mentem in tua invenias, et ex te noveris, qualiter illi subvenias. *De duodecim Gradib. Hom. verbo Inquirimus*.

24. Si doles condoleo; si non doles, doleo et maxime sciens longius a salute assistere membrum quod obstupuit, et ægrum sese non sentientem periculosos laborare. Lib. 1, *de Considerat.*

25. Quanto amplius per compassionem proximis in necessitate succurritur, tanto amplius Creatori appropinquatur. Serm. 14, *ad Sororem*.

26. In compassione sunt quatuor: pietas, gatio, sollicitudo, protectio. Pietas, voluntas; gatio, sollicitudo, protectio. Pietas, voluntas; gatio, facultatis; sollicitudo, necessitatis; pro-

fectio, ab hoste. Sup. *Psal.*, cxviii, in illud: *Iniquos odio habui*.

S. BONAVENT. ET HUGO A. S. VICTORE. 27. Nullum certius veriusque indicium, vere charitatis est, quam affectus fraternæ compassionis. Sup. *Lamentat. Hieremie*, cap. 2 et Hugo a sancto Victore, in *Threnis Hieremie*.

28. Quis hodie compatitur proximo? compatitur Paganus Pagano, Judæus Judeo; imo quod majus est, brutum bruto, sed Christiano vix compatitur Christianus. Serm. 3, *de Sancto Andrea*, super illud II *Corinth.* 11: *Quis infirmatur, et ego non infirmor?*

29. Uppa avis vilissima, tanta ad parentes suos compassione movetur, ut illis senescentibus sollicito querat cibum, et eos suis pennis confoveat, no frigore pereant. *Ibid.*

S. BONAVENT. 30. Major debet esse compassio, ubi est major unio; sed major est unio membri spiritualis ad spirituale, quam carnalis ad carnale; ergo et major compassio debet esse inter se. Serm. 1 *de Uno Confessore*.

31. Prælati et clerici et religiosi, qui sunt oculi Ecclesie, debent esse præ cæteris teneri compassione, lacrymales pietate. Tit. 7, *Diata*, cap. 5.

32. Fortes et sani non sentiunt quod sentit æger, ideo nesciunt eis compati, scilicet autem postea, cum dolent. *De sex alis Seraphim*, c. 4.

33. Qui bonus est corde, benignus est compassione. *De Itineribus æternis*, itinere primo, distinct. 4.

34. Neminem spernas, afflicto et egeno condoleas. In *Alphabeta Religios.*, lect. 13.

GLOSS. INT. 35. Crudelis compati nescit dolori, nec altus humilii, sed potius affligit. Sup. *Job.*, cap. 34.

GLOSS. ORD. ET S. JOANNES CHRYSOSTOM. 36. Impossibile est scire afflictionis afflictorum, homini qui experimentum afflictionis non habuit. Sup. *Epist. ad Hebr.*, cap. 4, in illud: *Qui non possit compati, et Joan. Chrys.* Hom. 7, sup. eundem locum.

GREGOR. MAGN. 37. Quid prodest per continentiam carnem restringere, si mens se per compassionem nesciat in proximi amore dilatare? Lib. 6 *Moral.*, cap. 16.

38. Cum aliene infirmitati compatiuntur, valentius a nostra roboramur, ut amore futurorum mens ad presentia adversa se præparet, et cruciatu corporis quos timebat, expectet. *Ibid.*, lib. 7, cap. 6.

39. Sic quisque propinquorum debet necessitatis compati, ut tamen per compassionem non sinat vim suæ intentionis impediri, ut affectus quidem mentis viscera repleat, sed tamen a spirituali proposito non avertat. Lib. 7 *Moral.*, cap. 14, sup. illud: *Deuteronom.* 33 *Qui dixerit Patri suo et matri suæ*.

40. Tanto quisque perfectus est, quanto perfecte sentit dolores alienos. *Ibid.*, lib. 19, cap. 8.

41. Virga superbie percutere rigide scit, qui compati humiliter nescit. *Ibid.*, lib. 24, cap. 9, sup. illud 14: *Prov.* In ore stulti virga superbia.

42. Ille perfecte tribuit, qui cum eo quod afflicto porrigit, afflicto quoque in se animum sumit. *Proseco*.

43. Tunc plena est cordis nostri compassio cum malum inopia pro proximo suscipere non metumus, ut illum a passione liberemus. *Ibid.*, lib. 20, cap. 26.

44. Plus est plerumque compati ex corde, quam dare; quia quisquis perfecte indigenti compatitur, minus estimat omne quod dat. *Proseco*.

45. Exteriora largiens rem extra semetipsum præbet; qui autem flentem et compassionem proximo tribuit, ei aliquid etiam de semetipso dat. *Ibid.*

46. Rem quamlibet plerumque dat, etiam qui non compatitur; nunquam autem, qui vere compatitur, quod necessarium proximo conspiciit, negat. *Ibid.*

47. Qui magna carnaliter exhibet, cor molle per compassionem in fraterna charitate non habet. *Proseco*.

48. Valenter agit, quæ non imitari homines foris possint, sed intus conjungi fraternis mentibus per affectum compassionis nescit.

49. Fortis agit, quæ Deus reprobat; et affectum charitatis, quem approbat, exhibere non curat. Lib. 4, in I *Regum*, cap. 3.

50. Multa compassione indiget conversio peccatorum. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

51. Compassio vera multum calamitatem sublevat. Orat. 17, *de Poen. etl.*

52. Magnum doloris medicamentum ab iis accipitur, qui dolentibus condoleant. Habetur apud D. Joannem Damasc., lib. 3, *Parallel.*, cap. 56.

53. Condolentia ad mitigandum dolorem, satis virium habet. *Ibid.*

54. Proprium est electorum, aliena mala tanquam sua plangere. In *Threnis*.

55. Districtio debetur vitii, compassio vero nature. Sup. *Regul. D. August.*, cap. 7.

56. O beata anima, quæ compassionem habere potest! omnes patiuntur, pauci compatiuntur. *Proseco*.

57. Quanto autem laudabilis est compati, quam pati? pati siquidem possunt impii, compati autem non nisi pii. Lib. 1, *Miscellan.*, codic. 4, tit. 138, per totum.

58. Cujus pectus tam ferreum, ejus cor tam lapideum, ut gemitus non exprimat, lacrymas

HUGO A. S. VICT.

S. INNOC. III.

non effundat, cum proximi vel amici morbum, vel interitum intueatur, ut patienti non compatia-
tur, et dolenti non condoleat? Lib. 1, de *Contemptu mundi*, cap. 24.

S. JOANNES
CHRYSOLOG.

59. Bonorum virorum animae magnam compassionem habere solent, si quando vident puniri homines, etiamsi mali sint, qui pereunt. Hom. 25, sup. *Gen.*

60. Si absque compassione et misericordia fratrem praeterit, forte et te, si exideris, alius similiter praeteribit. *Ibid.*, homil. 43.

61. In Sanctorum mos est, ut plurimum afflictis afficiantur et compatiantur. *Ibid.*, Hom. 44.

62. Pauper frigore rigescit, tu autem sericis indutus, ne respicias quidem, nullamque compassionem praeter fers, sed immisericorditer praeteris; quae venia sumt haec digna? *Ibid.*, Hom. 50.

63. Si quod proximum iriri, tollere non potes, producit lacrymas compassionis, et majorem partem sustulisti. *Serm.* 22, sup. *Ep. ad Rom.*, post init. in illud: *Flete cum fletibus.*

64. Qui aliene tristitiae compati renuit, in suis casibus acrius afficitur. *Prose.*

65. Qui enim condolere aliis negligit, ipse dolebit. *Hom.* 7, sup. II, ad *Tim.*

S. ISIDORUS
PELUSIOTA.

66. Divina res est commiseratio. Lib. 4, ep. 191, ad *Calliopum.*

S. LEO I.

67. Non solum virtute benevolentiae, sed etiam pacis bono beatus efficitur, quicumque alii quancumque miseria laborantibus charitate compatitur. *Serm.* 6, *Quadrages.*, sup. illud *Luc.* 2: *Pax hominibus bonae voluntatis.*

68. Debiti tui est, ut ei, qui pro omnibus passus est, paratus sis compati. *Ibid.*, *Serm.* 7.

S. NILUS.

69. Ne negligas compassionem, mater est virtutum compassio; ipsa enim bonum Dominum a caelo nobis detraxit. *Parænes.* 187.

PETR. BLES.

70. Regnum Dei tanti est, quantum ex affectu compassionis pauperibus ejus exhibes. *Ep.* 91, ad *Radulphum Lezoviensem Episc.*

S. PETRUS
CHRYSOLOG.

71. Fratri qui per compassionem non subvenit, hunc qui per patientiam non curat, non per veniam sanat, sanus non est, sed ægrotat, infirmum, viscera non habet. *Serm.* 139.

THEOBALDUS.

72. Absque compassione et lacrymis esse, bestiarum est. *Sup. Joan.*, cap. 11, sup. illud: *Jesus ut vidit eum plorantem.*

THOMAS A
KEMPIS.

73. Si portari vis, porta et alium. *Lib.* 2, de *Imit. Christi.*, cap. 2, sect. 2.

74. O frater amande; porta, et portaberis; compateris, et compatietur tibi. In *Hortulo Rosar.*, cap. 15, sect. 2.

IN VI. PATR.

75. Si propriis oculis viderem sacerdotem, vel aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, clamidem meam explica-

rem, et cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. *Lib.* 1, in *Vita S. Joan. Elemosynarii*, cap. 35.

COMPUNCTIO.

Etymologia. Compunctio dicitur quasi cordis collectio, punctio.

Definitio. Contritio vera est dolor, pro peccatis voluntarie assumptis, pro quantitate et qualitate criminum, cum proposito confitendi et satisfaciendi. *De Paradiso animæ*, part. 1, de *Virtutibus*, cap. 39 et S. Antonius, part. 3, tit. 14, de *Sacram.*, cap. 18.

Compunctio est quando ex consideratione malorum suorum cor interno dolore tangitur. *De spiritu et anima*, cap. 50.

Compunctio est illuminatio mentis, et sanitas animæ. *De Judic. extremo.*

Compunctio est jugis conscientia ex cruciatio, quæ per intellectualem confessionem igniti cordis refrigerium molitur. *Gradu* 7.

Compunctio cordis est humilitas mentis cum lacrymis exoriens de recordatione peccati, et timore judicii. *Lib.* 2, de *Summo bono*, cap. 12, sect. 1.

Contritio est indulgentiæ mater, peccatorum consumptio, delinquentium spes, spiritualis resurrectionis janua, medicina celestis, animarum lavaerum, desperationis interitus, desperatorum portus, vite fons, Dei et hominum mediatrix. *Part.* 2, de *Humil.*, cap. 2.

Compunctio est quoddam animæ suspirans incendium, natum vel timore supplicii, vel amore præmi. *De Fructu carnis et spirit.*, cap. 17.

Differentia. Contritio est species penitentiae, qua quis dolet interius de peccatis, secundum modum et legem gratiæ gratum faciens: Attritio vero est species penitentiae, qua quis dolet interius de peccatis secundum modum ex naturalibus possibilem, vel cum gratia solum gratis data. *Part.* 3, de *Descript. terminor.*, capite *Justitia.*

Productio. Compunctio cordis ex humilitatis virtute nascitur, de compunctione confessio peccatorum, de confessione penitentia, de penitentia vera provenit delictorum indulgentia. *Serm.* 70, ad *Fratr. in eremo.*

Ex igne divini amoris gratia compunctionis oritur; cursus ex compunctione desiderii celestis ardor augetur. *Opuscil.* 13, cap. 13.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Minima contritio omnes animæ maculas delet, mortem æternam occidit, benedictionem Dei Patris confert, amicitiam Filii Dei reddit, familiaritatem Spiritus sancti, societatem civium super-

norm restituit. *De Paradiso animæ*, part. 1; de *Virtut.*, cap. 39.

S. ALBERTUS.

2. Hoc bonæ mentis est, vulnus sentire peccati: nam qui expertes doloris sunt, non sentiunt vulneris acerbitatem, quod est immedicabilis ægritudinis. *Prose.*

3. Qui autem aliquo dolore panguntur, sicut doloris sensu non carent: ita etiam non carent sanitatis profectu.

4. Ubi enim doloris sensus, ibi etiam sensus est vite; sentire enim, vitalis vigoris ac muneris est.

5. Sapiens si epuletur, si cogitet, si ore ac deprecetur, ante oculos ejus semper est error proprius, et momenti omnibus culpa pulsat conscientiam, nec quiescere, nec oblivisci sinit, velut gravis censor excitat se terrore perpetuo.

6. Omnia adversa habet, quia ipse sibi displicet, ipse sui accusator, ipse sui testis est; nec invenit quo fugiat, quippe se perurget et stimulat. In *Apologia David*, cap. 9.

7. Cum per orationem compunctio infunditur, via nobis in corde, per quam ad Jesum in fine pervenitur, paratur. *Hab.* apud *Bedam* in *Seintillis*, cap. 6.

8. Non valet ad salutem, ut se cognoscat quis peccatorem, nisi inde habeat dolorem. *De Similitud.*, cap. 102.

S. ANTONIUS.

9. Nihil est quod causa tam summi doloris sit, quam si recordetur quis unde lapsus sit, et quod ad momentanea et caduca a caelestibus deflexerit. *Part.* 3, tit. 14, de *Sacrament.*, cap. 6.

HUGO A
VICIORE.

10. Sicut fumus expellit apes, sic amara et lacrymosa compunctio expellit demones. *Serm. inf. oct. Nat. Dom.*

S. ANTONIUS
DE PADUA.

11. Vere contritum qui se terram agnoscit. *Serm. Dom.* 22 post *Trin.*

S. AUGUSTINUS.

12. Nullum habebit accessum cordis compunctio, ubi fuerint immoderata vitia, et concupiscentiæ mala. *De Salutaribus documentis*, cap. 43.

13. Compungat penitentia criminum, quos hucusque transpexit delectatio voluptatum. *Serm.* 3, de *Nativ.*

14. Punge oculum mentis, ut lacryma prodet compunctionis. *Serm.* 11, ad *Fratr. in eremo.*

15. O compunctio Domini corpus recipitur, sine qua ad iudicium Domini corpus recipitur, sine qua infructuosa est omnis confessio, sine qua omnis satisfactio inanis est! *Ibid.*

16. Lacryma compunctionis mentem purgat, intentionem fecundat, confessionem irrigat, animam sanctificat. *Ibid.*

17. Quomodo gaudis te esse correctum, nisi doleas fuisse perversum? *Ep.* 50, ad *Bonifac.*

18. Dolendum est, et dolore purgandum, non

solum quia quis peccavit, sed etiam quia se virtute privavit. *De Vera et falsa penit.*, cap. 14.

19. Compunctio sanitas est animarum, remissio peccatorum, sacrificium spirituale, quod Deo summe placet. *Ser.* 11, ad *Fratr. in eremo.*

20. Compunctus corde non solet dici, nisi qui stimulis peccatorum torquetur in dolore penitendi. *Exposit.* 2, sup. *Psal.* cVIII, vers. 15: *Et compunctum corde.*

21. O compunctio! quam sancta et mirabilis prædicaris; tu spirituale lavaerum es, tu flagellum Dei es, per quod Deus mutatur. *Prose.*

22. Tu stimulus, per quem Deus ad hominem inclinatur; tu ligamen, per quod Deus fortiter adstringitur. *Ibid.*

23. Timor, qui penitentiam concupiscit, contritionem parit. *Ibid.*

24. Tepidorum compunctio non continua; sed horaria est. *Serm.* 3, de *Ascens. Dom.*

25. Equum indomitum flagella domant, animam immittem contritio spiritus, et assiduitas lacrymarum. *Serm.* 1 *Omnia SS.*

26. Abscindatur ferro acutæ compunctionis ulcus inveteratæ consuetudinis. *Serm.* 18, super *Cant.*

27. Bene pungeris, si compungeris. *Ibid.*, *Serm.* 48.

28. Qui non habet cordis compunctionem, vel contritionem, non habet mundam orationem. *Serm.* 10, ad *Sororem.*

29. Bona compunctio thesaurus est desiderabilis, et inenarrabile gaudium in mente hominis. *Ibid.*

30. Tunc anima illuminatur, quando ad lacrymas compungitur. *Ibid.*

31. Compunctio lacrymarum, remissio est peccatorum; quia tunc peccata dimittuntur, quando cum lacrymis ad memoriam reducantur. *Ibid.*

32. Anima quo sibi plus displicet in malo quod in se videt, eo se ardentius ad bonum, quod æque in se conspicit, trahit. *Serm.* 82, super *Cant.*

33. Primum opus fidei per dilectionem operantis, cordis compunctio est. *Prose.*

34. In qua compunctione sine dubio ejectione demonia, cum eradicantur a corde peccata. *Serm.* 1 *Ascens. Dom.*

35. Cito lacrymas invenit, et resolvitur in gemitum compunctionis, qui habet sensum doloris. *De Vita solit.*, ad *fratres.*

36. Nil pejus est quam culpam cognoscere, nec delere. *De Interiori dono*, cap. 52.

37. Recte compunctionis fervor torrentis committitur; quia quanto major vis doloris in com-

S. DONATUS.

- punctio fuerit, tanto citius divina consolatione superueniente pertransit. *Serm. Lament. Hierem.*, cap. 2, in illud: *Dei lacrymas.*
38. Compunctio non debet esse nimia, ne vergat ad desperationem, sed moderata, non excludens exultationem. *Serm. 3 Dedicacionis.*
39. Contritio debet esse morosa et intenta, non perfunctoria; solitaria, non publica; integra, non diminuta; ordinata, non confusa; propria, non aliena, gemebunda, non deliciosa; justa, non simulata. *Tit. 2 Diata*, cap. 2.
- S. CÆSARIUS
ARELATENSIS. 40. Sapiens semper in compunctione est. *Hom. 29.*
41. Tota incumbendum est spiritus compunctione, ut vetusta mala tanquam sagitta quedam de conscientie visceribus evellantur. *Ibid.*
42. Multa opus est contritione, ad sanandos ipsius cordis dolores. *Ibid.*
- CASSIODORUS. 43. Dominus nescit differre, quem compuncto corde sibi senserit supplicare. *Sup. Psalm. cxix, vers. 1: Ad Dominum, cum tribularer, clamavi.*
44. Anima in se funditur, quoties compunctionis instinctu in semetipsam revertitur. *Sup. Psalm. xli, vers. 4.*
45. Ille querendus est Christiani gemitus, qui cordis compunctione peragitur, cum et malorum nostrorum remissimur, et future pœnæ consideratione terremur. *Sup. Psalm. vi, vers. 6: Laboravi in genu meo.*
- DYDIMUS. 46. Conceptus de peccatis, dolor penitentis mentem puram efficit. *Hab. apud D. Joannem Damasc. lib. 2; Parallel.*, cap. 86.
- S. DOROTH. 47. Non absque cordis compunctione possibile est malitiam deserere, aut virtutis quippiam omnino possidere. *Doctrina 1.*
- S. ELIGIUS. 48. Omnis vita Christiani semper in penitentia et compunctione debet consistere. *Hom. 6.*
49. Omnipotens Deus contritionem quarit, fleatibus fleatit, lugentes lætificat, penitentibus presto est. *Ibid.*, *Hom. 11.*
- S. EPHREM. 50. Thesaurus securus est compunctio cordis, gaudioque ineffabili exultat anima compunctione ditata. *De iudicio extremo.*
- S. EUSEBIUS
EMISEN. 51. De contritione animi relinuntur crimina voluptatum. *Hom. 10, ad Monach.*
52. Accendenda est compunctio, recordatione futuri iudicii. *Ibid.*
- S. FULGENT. 53. Lacryme, que ex compunctione cordis procedunt, et inimicum vincunt et nobis donum lætitiæ triumphalis acquirunt. *Epist. 4, ad Probam*, cap. 5.
- GILBERTUS
FORRET. 54. Bona contritio nihil relinquit indiscussum, nihil tumentum, nihil non humilatum. *Serm. 15, sup. Cant.*
- GLOSS. DECN. 55. Sola cordis contritio non delet peccatum,
- ubi copia sacerdotis habetur. *Apud Gratianum in Decretis.*
56. Mentis contritio, non oris locutio Domini- gloss. ON
eam pietatem inflectit. *Sup. Orat. Manasser, in illud: Peccavi Domino.*
57. Non dimittit Deus peccata, nisi in tribulatione et cordis compunctione. *Sup. Tobiam, cap. 3.*
58. Vis compunctionis poros cordis aperit, et pennas virtutum fundit; eamque se studiose mens de pigra vetustate redarguit, alacri novitate juvenescit. *Lib. 31, Moral.*, cap. 48.
59. Quisquis peccata plangit, nec tamen deserit, cor quidem conterit, sed humiliare contemnit. *Prose.*
60. Qui peccata jam deserit, nec tamen plangit, se quidem humiliat, sed contereere recusat. *Part. 3, Pastoralis, cap. 1, admon. 31, sup. illud. Psal. 1: Cor contritum et humiliatum.*
61. Principaliter compunctionis duo sunt genera, timor et amor. *Prose.*
62. Perfecta compunctio formidinis, tradit animum compunctioni dilectionis. *Lib. 3, Dialog.*, cap. 34.
63. Cordis duritiam imber compunctionis emoluit. *Prose.*
64. Continuo luctu dolor maculas carnis diluit. *In septem Psalmos penit.*, *sup. Psalm. 1, vers. 6.*
65. Sperandum nobis est, quia ibi penitentia locus non deerit, ubi hominum compunctio locum invenit. *Ibid.*, *sup. Psalm. vi, vers. 7.*
66. Cum mentem elatio erigit, summi protinus compunctio amoris recedit; cum vero superna gratia visitat, statim per lacrymas ad sua desideria instigat. *Lib. 9, Moral.*, cap. 33.
67. Si virtus compunctionis in intimis aliquem afficit, omnis strepitus prave suggestionis obmutescit. *Ibid.*, *lib. 3, cap. 19.*
68. Qui veraciter intus dolet, quæ agenda foris, quæ non agenda sint, fortiter providet. *Ibid.*, *lib. 3, cap. 19.*
69. Illum quem conspicis delicta fletu dolere, in conspectu divinitatis, non dubites misericordiam consequi. *Lib. 7, in Registro, indict. 2, cap. 53, ep. 53, ad Secundinum.*
70. Grave pondus criminis deponi non potest, nisi austeritate magna compunctionis. *Lib. 5, in 1, Reg.*, cap. 2.
71. Nullum minus Deo acceptabilis est, quam compunctio cordis prolata ex radice vere dilectionis. *Lib. 3, sup. Lament. Hierem.*, cap. 2.
72. Longi temporis crimina in actu oculi pereunt, si cordis nata fuerit compunctio. *Hab. apud Bedam in suis Scintillis*, cap. 9.
73. Compunctionis unda extinguit libidinis

- flammam, vitiorum temperat æstus, mentium sordes lavat, carnalium desideriorum restinguunt. *Lib. 1, de Nuptiis*, cap. 3.
74. Contritio sine opere, fructus est sine maturitate; opus vero sine contritione, flos est sine fructu. *Lib. 1, Miscell. codic. 1, tit. 104.*
- JOAN. CASS. 75. Frequenter per ineffabile gaudium, et alacritatem spiritus saluberrimæ compunctionis fructus emergit. *Collat. 9, Abbat. Isaac*, cap. 27.
- S. JOANNES
CRYSOST. 76. Homo dolere semper debet præterita vetusta, mala commissa, male cogitata, pessime delectata, inordinate dicta. *Homil. sup. Ps. lxxxiv.*
77. Nihil ita conglutinat animam, atque unit Deo, ut lacryme compunctionis. *Hom. 6, sup. Math.*
78. Peccantes non dolere, magis Deum indignari facit et irasci, quam peccare. *Homil. 46, ad Populum Antiochenum.*
79. Sicut impossibile est ut ignis in aqua, ita impossibile est compunctione cordis vigere in deliciis. *Lib. 2, de Compunctione cordis.*
80. Cordis compunctio sola est, quæ facit animam horrescere purpuram, desiderare cæciliam, amare lacrymas, fugere risum. *Prose.*
81. Cordis compunctio sola est, quæ, sicut ignis omne animæ vitium perurit et adimit, et quantumcumque in ea reperit mala, abstergit universa, et penitus delet. *Ibid.*
82. Sicut pulvis non potest stare ante faciem venti: ita nihil malorum cogitationum in anima residere potest, ubi compunctio cordis affuerit. *Ibid.*
83. Hæc humilitati cordis est vera compunctio, magna agere et humilia loqui, justa operari et timere ac tremere. *Ibid.*
84. Deus contritionem quærît, et fleatibus fleatit. *Serm. de Penit.*
85. Ingemisce cum peccas, non quia est castigandus; sed quod offenderis Dominum tuum usque adeo mansuetum, qui sic te amat, sic inhiat salutem tuam, ut et filium tradiderit pro te; propter hæc suspiras, idque facito jugiter. *Super Ep. II, ad Cor.*
86. Talis est contritio cordis, ut sive injuriatur, sive patitur, silet et non impellit ad vindictam. *Hom. 9, sup. Epist. ad Hebræos.*
- S. ISIDORUS
HISPALENS. 87. Quisque dum peccatorum memoria compungitur ad lætenta, tunc Dei se presentia sciatur. *Prose.*
88. Quia quando in quod se admisisse recollit, interior dolore erubescit, siveque iudicio penitendo jam punit. *Lib. 2, de Summo bono*, cap. 12, sect. 5.
89. Hoc ipso quo quisque de facto suo erubescit, ipse sibi jam iudex est. *Id.*, c. 20, sect. 5.
90. Nullum tam immane scelus est, quod non s. LAURENT.
JUSTIN. cordis compunctione deletur. *Part. 1, de Casto connubio*, cap. 7.
91. Vis compunctionis, vera patientia fundamenta disponit. *De Ligno vitæ*, part. 1, tract. 5, de Patient. cap. 6.
92. Qui ignorat se, nescit compungi, se humiliare designatur; et, cum sit delictorum ulceribus plenus, incolumem se esse arbitrat. *Part. 2, de Humilit.*, cap. 2.
93. Non attendit Deus, si veram habes contritionem, qualis aliquando fueris, sed qualis modo sis, aut esse cupias. *In Speculo spirituali*, cap. 9.
94. Sit alicui dolor contritionis deest, saltem doleat se non dolere, nam hoc quoque dolor est. *In Apologia pro Thaulero*, cap. 4.
95. Quanto plus compungimur, tanto plus nobis peccatorum vincula laxantur. *Homil. 4, in cap. 6 Isaia.*
96. Non levi et momentanea compunctione gravis culpa detergitur. *De Panibus*, cap. 25.
97. Bene currit ad remissionem peccatorum, qui displicet sibi. *Sent. 187.*
98. Quanto melius malum quis quod fecit in se videt et agnoscit, tanto amplius plangit. *Part. 1, tract. 1, de Statu interior. hom.*, cap. 24.
99. Debet dolor noster et acrius per compunctionem nos intus urgere, et exterius apparere; intus ad remedium, foris ad exemplum. *Ibid.*
100. Omnis homo prius compungitur timore, post modum vero compungitur amore. *Prose.*
101. Compunctio timoris amaritudinem habet compunctio amoris dulcedinem. *Lib. 2, de Contempl.*, cap. 17.
102. Cordis intima nihil adeo purgat, mentisque munditiam nihil adeo reparat, nihil sic ambiguitatis nebulas detergit, cordisque serenitatem nil melius, nil citius adducit, quam vera animi contritio, quam profunda et intima compunctio. *Part. 1, lib. 4, de Contempl.*, cap. 6.
103. Nemo dignus est coelesti consolatione, nisi diligenter se exercuerit in sancta compunctione. *Lib. 1, de Imil. Christi.*, cap. 20, sect. 5.
104. Quando homo est perfecte compunctus, tunc gravis et amarus est ei totus mundus. *Ibid.*, cap. 21, sect. 4.
105. Contritio si vera est, non est sine humilitate. *Serm. 4, infra octav. Ascens.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
106. Anima de peccato commisso pudens, consequitur a Deo veniam. *Lib. 1, Theolog.*, c. 4.
107. Eo gravior est dolor, quo culpa major. *CICERO. Lib. 11, Epist. ad Atticum*, epist. 11.
- ORIGEN.
- PETRUS
CELLENSIS.
- S. PROSPER.
- RICH. A S.
VICTORE.
- THOMAS A
KEMPIS.
- S. VINCENT.
FERRARIUS.
- ARISTOTELES.
- CICERO.

SENTE.

108. Gravius punior mihi, cum me peccasse pudet, quam cum peccavi. Lib. 3 *Controvers.* 23.

CONCEPTIO IMMACULATA B. MARIE VIRGINIS.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROSIIUS.

1 Conceptus virginalis sine ullo fuit mortalis originis inquinamento. Lib. 1, de *Apologia David*, cap. 11.

2. Suscipe me non in carne, que in Adam lapsa est, suscipe me, non ex Sara, sed ex Maria, ut incorrupta sit virgo, sed virgo per gratiam, ab omni integra labe peccati. Sup. *Psal.* cxviii, vers. ultimo.

3. Decebat ut Christi conceptio de matre purissima fieret; nempe decess erat ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret. Lib. 1, de *Conceptu virginali*, cap. 18.

S. ANDREAS

APOST.

4. Sicut primus Adam formatus fuit ex terra, antequam esset maledicta; ita secundus formatus est ex terra virginea, nunquam maledicta. Habetur apud Ferdinand. de Salazar, lib. de *Immacul. Concept. B. Mariæ Virginis*, cap. 42.

S. ANSELMIUS.

5. Qui diem beate Mariæ Conceptionis tollit Ecclesie Dei, aut non attendit bene, aut attendere negligit, vel nescit bonum, quod inde procedit creature Dei. Habetur in *Glossa ordin.*, super illud *Rom.* 5: *In omnes homines mors pertransiit.*

6. Perspicuum est quod in Virgine nulla potuit esse peccati macula. Lib. de *Conceptu virginali*, cap. 8.

7. Nulli dubium est, castissimum corpus, et sanctissimam animam Virginis Mariæ, funditus ab omni fuisse macula peccati protecta. De *Excellentia Virginis*, cap. 3.

8. Pura sanctitas, et sanctissima puritas pectoris Virginis Mariæ, omnem omnis creature puritatem sive sanctitatem transcendens incomparabili sublimitate, hoc promeruit, ut reparari perditis oculis dignissime fieret. *Ibid.*, cap. 9.

9. Dicit Deus, Creator hominis, filius hominis: Quid est quod te permovet in mea nativitate? non sum libidinis conceptus cupiditate; ego Matrem, de qua nascerer, feci; ego viam meo illiceri preparavi, atque munlavi. Hanc quam tu despicias, Manicheæ, Mater mea est, sed manu fabricata est mea, de *quinque hæresibus*, cap. 5.

10. Cum de peccatis agitur, excepta sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini, nullam prorsus habere volo questionem. De *natura et gratia*, cap. 36.

11. Porta clausa signaculum est pudoris, et im-

maculata carnis Virginis Mariæ integritas; non enim est violata partu, que magis est sanctificata conceptu. Serm. 2, de *Nativit.*

12. Intuere obsecro quale sit istud, quam novum, quam admirabile, quam amabile, quam jucundum; quid enim gloriosius quam sancta et sincera conceptio, in qua nihil sordis est, nihil corruptionis? Serm. in *Virginitate Nat. Dom.*

13. Innocens fuisti, o Maria, ab originalibus, et ab actualibus peccatis. Nemo ita præter te. *Prose.*

14. Unde auctoritas Augustini: Cum de peccatis agitur, nullam de Beata Maria volumus fieri mentionem.

15. Ex eo enim majorem credimus et collatam virtutem ad vincendum ex omni parte peccatum, quam concipere et parere meruit eum, qui nullum habuit peccatum.

16. Ex omni, inquit, parte, hoc est, ex parte originalis, et ex parte actualis peccati.

17. Ego pia fide opinor, in utero matris tuæ, ab originalibus te absolutum peccatis; nec vana est fides, nec opinio falsa. Serm. 4, sup. *Salute Regine.*

18. Tu processisti, o Maria, ut aurora lucida et rubicunda, quia superatis originalibus peccatis in utero Matris, nata es lucida cogitatione veritatis, et rubicunda amore virtutis. *Prose.*

19. Inde est quod nativitatem tuam sanctam, sancta Ecclesia festivis celebrationibus honorat, quod alias non faceret.

20. Cum igitur tam clara auctoritas divine, tuarum ab utero testentur innocentiam, quis ultra dubitet sanctam te et immaculatam huic mundo progenitam? *Ibid.*

21. Non est in filiis hominum magnus vel parvus, tanta præditus sanctitate, nec tante Religionis privilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit conceptus, præter matrem immaculatam, peccatum non facientis, sed peccata mundi tollentis. Serm. 43, *inter quindæcim de Cæna Dom.*

22. Non est credendum beatam Virginem fuisse conceptam in peccato originali; sed magis piæ est credere, quod non fuerit in peccato originali concepta, quam credere quod sit. Serm. 49, *fer. 3, post Pascha*, part. 1.

23. Congruum erat quod virgo benedicta esset immaculata propter tria. Primo, propter diaboli confusionem; secundo, propter nostram intercessionem; tertio, propter divinam dispensationem. Tom. 4, ser. 4, de *Concept. V. Mariæ*, art. 2, cap. 1.

24. In *Apocalypsis* octavo, vers. 13, clamabat Aquila: *Væ, væ, væ, habitantibus in terra*: fuit Beata Virgo sine primo væ, hoc est, sine tyranno

S. BERNARD.

S. DONAVENT.

concupiscentiæ peccati originalis, quia sine eo concepta est. Ser. 6, de *Anunt. B. Mariæ*, art. 1, cap. 1.

23. Salomon ait: *Cant.* iv. Tota pulchra es amica mea, et macula (scilicet originalis culpæ) non est in te. *Ibid.*

26. Domina nostra fuit plena gratia præveniente in sua sanctificatione, gratia sc. præservativa contra fæditatem originalis culpæ, quam contraxisset ex corruptione nature, nisi speciali gratia preventa præservataque fuisset. *Prose.*

27. Solus enim Filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, et ipsa Mater ejus virgo.

28. Credendum est enim quod novo sanctificationis genere in ejus confessionis primordio Spiritus sanctus eam a peccato originali (non quod infuit, sed quod infuisset) redemit, atque singulari gratia præservavit. Serm. 2, de *Beata semperque Virg. M.*

29. Sunt aliqui, qui ex speciali devotione celebrant conceptionem beate Virginis, quod non audeo omnino reprehendere; quia, ut quidam dicunt, hoc solemnitas celebrari non cepit humana inventionem, sed divina revelatione; quod si verum est, sine dubio bonum est solemnizare in ejus conceptione. In librum III, *Sent.*, dist. 1, part. 1, quest. 1.

30. Credo et confido de Virgine gloriosa, quod si hanc quis solemnitatem celebrat, non ex amore vanitatis, sed potius ex devotione Virginis, quod benedicta Virgo devotionem ejus acceptat. *Ibid.*

CONCILIUM
TRIDENT.

31. Declarat tamen hæc ipsa sancta synodus, non esse sui intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam et immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem, sed observandas esse constitutiones felicis recordationis Sixti Papæ IV, sub penis in eis constitutionibus contentis, quas innovat. In *Decreto de peccato origin.*, sess. 5.

S. CYPRIAN.

32. Non sustinuit justitia, ut illud vas electionis laceraretur injuriis, de *Nativit. Christi*, cap. 2.

DIONYSIUS
CARTUS.

33. Maria, semper fuisti sine omni vae culpæ per gratiam, sicut filius tuus per naturam. *Prose.*

34. Originale namque peccatum nunquam contraxisti, quemadmodum et peccatum actuale nullum commisisti. De *Perfectione charitatis*, art. 40, sup. *Ave, Maria.*

S. ELIGIUS.

35. Nequaquam immunda judicatur, que sancto Spiritu obumbrante totius munditiæ et sanctitatis auctorem genuisse probatur. Homil. 2.

S. EPHEM.

36. Inviolata, integra, planeque pura ac casta Virgo Dei genitrix Maria, sublimior coelestibus, candidior solis radiis, atque fulgoribus honora-

tior, Cherubim perspicacior, sanctior Seraphim, et universis gloriosior. De *Sanctissima Virginis laudibus.*

37. Immaculata et intemerata, incorrupta et prorsus pudica, atque ab omni sorde ac labe peccati alienissima, Virgo Dei sponsa ac Domina nostra fuisti. Orat. ad *sanctissimam Dei genitricem.*

38. Sermonem suum ita temperavit Apostolus, ut nihil prorsus afferat præjudicii adversus veritatem illam, quam de immaculata Virginis conceptione una cum Ecclesia sancta tenemus. Sup. *Ep. ad Rom.*, cap. 5, in illud: *In omnes homines mors pertransiit.*

39. Maria purissima fuit quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. *Ibid.*

40. Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, et nunquam maledicta; ita deum in secundo Adam fieri, (scilicet Christo) cujus terra (id est Mater virgo Maria) nunquam fuit maledicta. *Ibid.*

41. Si Hieremias, qui lugentibus erat Propheta futurus, in vulva est sanctificatus, et præcursor Domini Joannes Spiritu sancto ex utero Matris est repletus, quis dicere audeat totius seculi propitiatorium, et unici Filii Dei dulcissimum redinatorium, mox in sui conceptionis ætudio Spiritu sancti gratiæ illustratione destitutum? *Ibid.*

42. Quomodo Matrem carnis suæ Dominus sanctificaverit, audiamus, ut inde læsetur catholicus, et immundus confutetur hæreticus, omnem quippe nævum tam originalis quam actualis culpæ in ea delevit; sic qui carnem de carne ejus sumens, eandem in divinam munditiam transformavit. *Ibid.*

43. Ave, Maria electa et insignis inter filias, que immaculata semper exiitisti ab exordio tue creationis, quia paritura eras Creatorem totius sanctitatis. *Ibid.*

44. Sexto idus Decembris, conceptio sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis. *Ibid.*

45. Virgo est lilium immaculatum, sublimior Angelis facta est, superior ipsis Cherubim et Seraphim, placens Christo Regi, a Deo in honore habita, tamquam ancilla digna et Mater sancta, Mater immaculata. *Ibid.*

46. Pura ac casta, et impolluta ac sancta Maria Virgo fuit. Serm. 1, de *Anunt. B. Mariæ.*

47. Immaculatam induta es vestem, et cingulo continentis ac pudicitie cincta es. *Ibid.*, serm. 2.

48. Puritatis ac integritatis, immaculatum habitaculum fuisti. *Ibid.*

CLOSS. ORD.

S. GREG.
TRAUN.

49. Virgo involuta ac immaculata, omnisque corruptionis experta fuit. *Ibid.*, serm. 3.
 50. Ave immaculata; ave quae in utero matris tuae Evae mortem demeristi. *Ibid.*
YESICHIUS. 51. Virgo fuit planta incorruptionis, et paradisi immortalitatis. Serm. 2, de *Laudibus B. Mariae.*
S. HIERONYMUS. 52. Nos virgam de radice Jesse, sanctam Mariam Virginem intelligimus, quam nullum habuit sibi fructum coherentem. Libr. 4, sup. *Isaiam*, cap. 11. super illud: *Egreditur virga.*
 53. Nubem levem debemus sanctam Mariam accipere; nubes enim illa non fuit in tenebris sed semper in luce. Sup. *Psal.* LXXVII, vers. 17: *Et deluxit eos in nube diei.*
 54. Quidquid in Maria gestum est, totum puritas et simplicitas, totum veritas et gratia, totum misericordia et iustitia fuit, et ideo immaculata, quia in nullo corrupta. Epist. 10, ad *Paulam et Eustochium*, de *Assumpt. Mariae.*
HUGO CABB. 55. Maria consurgens est aurora, non in ortu suo cadens in peccatum ut caeteri; sed in ortu suo immaculata surrexit, nec ullius peccati obnoxia fuit. Sup. *Contic.*, cap. 6.
 56. Nullum colubri vestigium fuit in Maria. Sup. *Isaiam*, cap. 16.
IDIOTA. 57. O benedicta Virgo Maria! Benedicta ante ortum, in ortu et post ortum. De *Contempt. Virginis Mariae*, cap. 1.
 58. Tota pulchra es, o plusquam gloriosa Virgo Maria, in tua conceptione; ad hoc solum effecta, ut templum esses Dei altissimi. *Ibid.*, cap. 2.
 59. Tuae gloriosae animae nihil unquam affuit turpitudinis, vitii, aut peccati, et nihil defuit spiritualis pulchritudinis, gratiae, et virtutis. *Ibid.*
 60. Tota pulchra es, Virgo gloriosissima, non in parte sed in toto, et macula peccati sive mortalis, sive venialis, sive originalis non est in te, nec unquam fuit, nec erit. *Ibid.*, cap. 44.
 61. Fuisti, o dulcissima Virgo Maria, vas innocentiae purissimae sine macula et labe, et virginitalis primpipia. *Ibid.*, cap. 6.
 62. Invenisti, virgo Maria, gratiam caelestem, quia fuerunt in te ab originis labe praeservatio, Angelica salutatio, Spiritus sancti superventus, et Filii Dei conceptio. *Ibid.*, cap. 6.
S. IGNATIUS MART. 63. In Maria matre Jesu, humanae naturae natura sanctitatis Angelicae sociatur. Epist. 1, ad *S. Joannem.*
S. ILDEPHONSUS. 64. Quid incorruptus, quid sinogruius, quid solidus virginis Mariae? De *Virginitate B. Mariae*, cap. 10.
 65. Cum conceptu virgo, per conceptum virgo

in conceptu virgo, post conceptum virgo. *Ibid.*, cap. 1.
 66. Ab omni pressura maledictionis, non ex sese, sed ex virtute Altissimi, immunis et aliena fuit. *Ibid.*, in lib., *contra eos qui disputant de virginitate B. M.*
 67. Maria culpam corruptionis non habuit. *Ibid.*
 68. Constat beatam Mariam ab omni originali peccato immunem fuisse. *Ibid.*
 69. Eximia pietatis est beatissimam Virginem predicare incorruptam, et incontaminatam, et ab omni contagione primae originis confiteri alienam. *Ibid.*
 70. Beata et intererata virginitas, immaculata et incorrupta permansit, nullis coinquinata sordibus. *Ibid.*
 71. Maria virgo non sic est nata sicut solent pueri, vel puellae nasci; sed de Anna sterili, et Patre iam senes, mundo corde et corpore ab omni pollutione carni orla est. *Ibid.*, serm. 3, de *Nativ. B. M.*
S. JOANNES DAMASC. 72. O beatos Joachim lumbos, ex quibus semen omnino immaculatum fluxit! O praeclearam Annam vulvam, ex ea auctus atque formatus fuit fetus sanctissimus. Orat. 1, de *Nat. B. M.*, et hab. in *Glossa ord.*, sup. *Ep. ad Rom.*, cap. 5.
 73. Ipsa *πρὸς εὐδὴν* ante conceptionem pura fuit. *Ibid.*
JOAN GENS. 74. Maria Virgo sine peccato originali concepta fuit. Part. 3, tract. 1, sup. *Magnificat*, notula 2.
 75. Beata Virgo nulli unquam peccato subiacuit, nec originali quidem; alioquin caput draconis (initium videlicet peccati) nequaquam contrivisset, quin potius serpens se virginis caput prius attrivisset et conculecense gloriam potuisset. Part. 4, in *cloat. de Angelis.*
 76. O Virgo, mater fuisti et es virginalis terra sine corruptione, et sine maledictione. Part. 4, serm. *Dom. Sexages.*
 77. Tota pulchra est amica Dei nostri omni tempore, in sua conceptione et post, absoluta et libera a damnilero tyranno, peccato originali. Part. 4 serm. de *Concept. Virg. M.*
 78. Justum est quod Regina Caeli, et Magistra Angelorum contriverit caput serpentis, id est, infernalis inimici, ut non sit ullo tempore membrum suum, et subjecta ejus. *Prose.*
 79. Alioquin semper posset improperare ipsi diabolus, et per irrisorem dicere: Ecce mulierem, quae contrivit (ut inquit) caput meum, sed prius calcavi caput suum per peccatum originale.
 80. Ecce dominam, quae dicitur tota pulchra;

sed sub me fuit maculata, contaminata, et prosti-
 tituta per peccatum originale.
 81. Ecce amicum Regis vestri, sed ipse ego primum Rex fui, et dominus per peccatum originale.
 82. Ecce illam, quae se dicit domicilium, et matrem virtutum; sed prius ipsa obedivit mihi, et me hospitio suscepit per peccatum originale.
 83. O Deus optime et potentissime! absit ut eo modo irridere possit tuus et noster inimicus, de immaculata Filii tui Matre, ac Spiritus sancti sponsa. Part. 4, de *Concept. Virg. M.*
 84. Credendum est et tenendum, quod domina nostra non fuit unquam in conceptione sua, et post, nisi tota pulchra, viva, pura et munda. *Ibid.*
 85. Cum Doctores multas addiderint veritates ultra Apostolos; quapropter dicere possumus hanc veritatem, beatam Mariam non fuisse conceptam in peccato originali, de illis esse veritatibus quae noviter sunt revelatae et declaratae, tam per miracula, quam per majorem patrem Ecclesiae sanctae. *Ibid.*
 86. Considerata multitudine Doctorum novorum et Praetorum Ecclesiae, qui dicunt hanc opinionem veram esse Dominam scilicet nostram semper fuisse totam pulchram sine ulla turpitudine peccati originalis, venialis, et actualis; securius est sic tenere, quam oppositum. *Ibid.*
 87. Aliud est modo, quam tempore sancti Bernardi; veritas magis est elucida, et celebratur immaculatae Conceptionis solemnitas Virginis Mariae, quasi per universalem Ecclesiam Romanam et alibi. *Prose.*
 88. Quare non est periculum conscientiae, vel culpabilis erroris, vel presumptionis, celebrare hanc solemnitatem, multo majus est, ipsam non celebrare. *Ibid.*
JOAN. GENS. 89. A pena originalis delicti nemo, quamvis eximia polleat sanctitate, liber existit, exceptis dumtaxat mediatoribus Dei et hominum homine Christo Jesu, et ipsius Matre. Part. 4, de *casto convivio*, cap. 7.
 90. Nemo ab ipso mundi initio usque ad temporis plenitudinem, exceptis Mediatore ejusque Genitrice jngum dominationis originalis peccati evasit. Part. 4, in *Fasciculo amoris*, cap. 7.
 91. Ab originali delicto nullus excipitur praeter illam, quae genuit mundi Salvatorem. Part. 2, de *perfect. gradibus*, cap. 1.
 92. Cum Doctoribus Gymnasiorum Parisiensis, Coloniaensis, Heydelbergensis, Erfordensis, Viennensis, Lipsensis, Tubingensis, Ingolstadtensis, Basileensis, Moguntinensis, aliorumque multo-

rum, et omnibus pene ordinibus Christianique fidelibus per universum orbem Christianum diffusis, Conceptionem Dei Genitricis et Virginis Mariae puram ac immaculatam venerari non timeo. Ep. 33, de *Concept. Immacul. B. M.*
 93. Beatissima Dei Genitrix semper intacta virgo Maria, sicuti nunquam originali puaculae subjacuit ita nunquam actualiter peccavit. Libr. 1, de *Miracul. Beatae Virginis Mariae*, cap. 4.
 94. Joannes Baptista et Hieremias in ule sanctificati fuisse memorantur ab originali macula, quam contraxerant more ceterorum; sed Maria nullum originale contraxit peccatum; et ideo semper innocens, semper Deo placens et pura mansit in aeternum. *Ibid.*
ORIGEN. 95. Maria virgo neque persuasione serpentis decepta est, neque ejus afflatibus infecta. Hom. 1, in *Divers.*
PETR. BLES. 96. Indubitanter verum est, quia beatissima Virgo nunquam novit peccatum, nec experimento scivit. Serm. 23, de *S. Maria Magdalene.*
S. PETRUS DAMIANUS. 97. Caro virginis ex Adam assumpta, maculas Ade non admisit, sed singularis continentiae puritas in candore lucis aeternae conversa est. In serm. *Assumpt. B. M.*
 98. Quod rogo vitium in mente Virginis Mariae, vel corpore vendicare sibi potuit locum, quae adinstar colli, plenitudinis totius divinitatis meruit esse sacrarium? Serm. 46, de *Nativ. B. M.*
S. PETRUS MAURITIUS, ABB. CLUN. 99. Nullo modo esse potuit, vel debuit (ipsa ratione hoc ipsum vociferante) ut Spiritus sancti sacrarium, Filii Dei reclinatorum, totius deitatis solium, qualibet, vel parva peccati nubecula subintraverit. Lib. 3, ep. 7, ad *Gregor.*
ADPERTUS. 100. Nemo tam sanctus, qui maculam non habuerit, praeter ipsam Mariam. Sup. *Cont.*, in illud: *Tota pulchra es*, etc.
 101. Uterus tuus, o Dei genitrix, nulli vitio, nulli carnali commercio accessibilis; et mens tua nulli vitio, nulli spirituali nequitiae fuit unquam penetrabilis. Libr. 4, in *Cont.*, cap. 4, in illud: *Hortus conclusus.*
 102. Nullus est, qui non veraciter dicat: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, praeter me, et hunc unum et unicum, singularem et solum, quem sine ulla iniquitate concepi, ego mater sua itidem immaculate concepta, et tunc incorrupta, mater in conceptu, intacta in partu, et post partum illaesa, et integra. *Ibid.*, lib. 5, cap. 8, in illud: *Venter ejus uberis.*
THEOPHON 103. Illa Virgo, illa Maria, illa sancta praeservata fuit a peccato originali in primo instanti Discipulus, suae Conceptionis, et libera ab omni culpa; et Jacobi Majoris apostoli.

aternam. *Prosec.*

104. Nequaquam Angelus Virgini diceret: *Ave gratia plena*; si in originali peccato fuisset conceptus. In suo volumine. Et habetur apud Ferdinandum de Salazar, de *Immaculata Concept.* B. M. V. cap. 42.

S. THOMAS
AQUINAS.

105. Quia in Beata Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo pervenit ad summum puritatis. *Sup. lib. Sent.*, dist. 17. quest. 2, art. 4.

106. Puritas intenditur per recessum a contrario, et ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis. si nulla contagione peccati inquinatum sit, et talis fuit puritas B. Virginis, quae a peccato originali et actuali immunis fuit. *Ibid.*, dist. 44, quest. 1.

107. Virum unum reperit, scilicet Christum, qui esset sine omni peccato; mulierem autem ex omnibus non invenit, quae a peccato omnino immunis esset, ad minus originali, vel veniali; excipitur purissima, et omni laude dignissima Virgo Maria. *Leet.* 6, in cap. 3, ad *Galat.* super illud *Eccl.* 7, *Non est qui faciat bonum.*

108. Non solum B. Maria a peccato actuali immunis fuit, sed etiam ab originali, speciali privilegio munda. In *Compendio Theolog.*, opus. 2, cap. 224, sup. illud *Cantici*: *Tota pulchra es, amica mea.*

S. THOMAS A
VILLA NOVA.

109. Dicitur Matrem Dei esse purissimam, sine labe, sine peccato; unde non solum quando puella, sed quando parvula, sanctissima, et in utero sanctissima, et in conceptione sanctissima. *Conc.* 3, de *Nat. B. M.*

IN ALCORAN.

110. Nemo nascitur de filiis Adam, quem non tingat Sathan, praeter Mariam et Filium ejus. *Azote* 35.

CONCORDIA.

S. ANTONIN.

Etymologia. Dicitur concordia quasi unitas cordium, seu voluntatum. *Part.* 4, tit. 3, de *Justitia*, cap. 20, § 7.

S. ANTONIUS
DE PADUA.

Concordia dicitur a corde uno, concordare enim est unius cordis fieri. *Serm. Dom.* 11, post *Tria.*

S. ISIDORUS
HISPALENS.

Concors a conjunctione cordis appellatur, nam sicut consors dicitur, qui sortem jungit; ita ille consors dicitur, qui corde jungitur. *Lib.* 10, *Etymol.* verbo *Concors.*

ALANUS DE
RUPE.

Definitio. Concordia est mutua amicorum unio una in voluntate. *Part.* 3, serm. 4, *Regina* 2.c. 23.

S. ANSELMUS.

Perfecta concordia est, quae in unam identitatem et eandem unitatem convenit. *De Incarnat.*, cap. 8.

S. DONAVENT.

Concordia est virtus concives et compatriotas in eodem jure, et cohabitatione, et spontanea mentis. *Part.* 3, *Centiloqui*, sect. 44.

Concordia est convenientia in recto animorum indructa valet custodiri. *Lib.* 4, in *Registro*, indict. 13, cap. 82, ep. 78, ad *Joann. episc. Constantinop.*

HUGO A S.
VICTORS.

Concordia et quaedam unio voluntatum. *Secunda secunda quest.* 29, art. 4, argument. 2.

S. THOMAS
AQUINAS.

Concordia proprie sumpta est ad alterum, in quantum scilicet diversorum cordium voluntates simul in unam consensum conveniunt. *Ibid.*

Concordia est unio appetituum diversorum appetentium. *Ibid.*

Differentia. Differt concordia a pace, quia concordia importat unionem appetituum diversorum appetentium; pax autem supra hanc unionem, importat etiam appetituum unius appetentis unionem. 2. 2, quest. 29, art. 1, in arg. 2.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Nulla ibi querela est, ubi et mentis bonitas s. AMBROSIIUS concordat et facti. *Lib.* 1, sup. *Luc.*, cap. 4, in illud: *Et justificationibus Domini sine querela.*

2. Concordiam homo tam raram hic habet, ut s. ANSELMUS nec sibi semper concordet: sic enim corpus et anima dissident sibi, ut quod unum appetit, alterum nolit. *De Similitudinibus*, cap. 63.

3. Concordia multitudinis, Deum ad exaudiendum promptiorem habet. In *Apologia ad Constantium Imperat.*

S. ATHANAS.
MAGN.

4. Non potest concordiam habere cum Christo, s. AUGUSTINUS qui discors voluerit esse cum Christiano. *Serm.* 57, de *Verbis Domini.*

5. Concordia fratrum voluntas Dei est, jucunditas Christi, perfectio sanctitatis, justitiae regula, materia doctrinae, morum custodia, atque in rebus omnibus laudabilis disciplina. *Serm.* 7 *Dom.* in *Regationibus.*

6. Ubi fratrum concordiam Monachus spernit, s. BERNARDUS quid ultra in Monasterio nisi scandalum facit? *De duodecim gradibus humilitatis*, gradu 10, de *Rebellione.*

S. BERNARD.

7. Concordia hic inchoatur, quae in futura s. DONAVENTUS gloria inter electos caelestis Patriae semper datur. *Prosec.*

8. Haec enim bonos confortat, in pugna superat, consolatione inebriat, Deo associat, amorem augmentat. *De septem itineribus*, itinere 7, dist. 6.

9. Nihil concordiae praeparamus, sed per dextram prosperitatis, vel sinistram adversitatis in concordia perseveremus. *Sup. Genes.*, cap. 13.

GLOSS. ORD.

10. Inter superiores et arrogantes nunquam firma concordia servari potest. *Sup.* 1 *Mach.*, cap. 9.

11. Qui linguam non refronat, concordiam s. GREG. MAG. dissipat. *Lib.* 7 *Moral.*, cap. 17 et in *Pastorali*, part. 3, cap. 1, admonit. 15.

12. Per humilitatem cunctorum fratrum concordia valet custodiri. *Lib.* 4, in *Registro*, indict. 13, cap. 82, ep. 78, ad *Joann. episc. Constantinop.*

13. Sine virtute concordiae virtutes reliquae, virtutes non esse monstrantur. *Hom.* 8, in *Ezechiel.*

14. Concordia per iram rumpitur. *Lib.* 5 *Moral.*, cap. 31.

15. Nunquam servari concordia, nisi per solam patientiam valet. *Ibid.*, libr. 21, cap. 16.

S. GREG. NAZ. 16. Melior est affectus concordiae, quam pro pietate seditio. *Orat.* 1, de *Reconciliatione.* *Monach.*

17. Nihil concordiam tam fortiter conciliat inter eos quibus Dei negotia cordi sunt, quam consonantia de Deo. *Ibid.*

S. HIERONYM. 18. In tanta morum discordia, quae potest esse concordia? *Epist.* 2, ad *Nepotian.*

19. Ante tribunal Dei reconciliata, seu scissa concordia, aut praemium recuperabit, aut poenam. *Ep.* 36, ad *Castorinam.*

20. Infelices nos saepe videmus bonos in bono non tantam habere concordiam, quam mali habent in malo. *Sup. Psalm.* LXXXII, vers. 4.

21. Nihil est quod diabolus tantum timeat, quantum charitatis unitatem. In *Regulam D. August.*, cap. 1, pag. 5.

HUGO A S.
VICTORE.

22. Omnia diabolica arma frangit concordia. *Ibid.*

23. Rarus sermo concordiam servat. *Lib.* 1, de *Claustris Animarum*, cap. 16.

24. Haec est concordia morum, ut per exemplum concordet proximo, et per voluntatem Deo, et per obedientiam magistro. *Ibid.*, lib. 2, c. 22.

25. Hoc est illud solum quod diabolus magis timet, scilicet concordiae unitatem. *Sup. Proe.*, cap. 6.

S. JOANNES
CHRYSOST.

26. Vere feriae sunt ubi pax et concordia est. *Hom.* 1, sup. *Genes.*

27. Quando concordia et pax cum muliere et viro fuerit, omnia simul affluunt bona, et nullis insidiis expositi, sed magno et inextinguibili quodam muro circumdati sunt. *Homil.* 38.

28. Ubi concordia, ibi bonorum confluxus, ibi pax, ibi charitas, ibi spiritualis letitia, nullum bellum, nulla rixa, nusquam inimicitiae et contentio. *Ibid.*, *Hom.* 45.

29. Ubi concordia non est, nec oratio illic exauditur, nec oblatio suscipitur: quia nec ibi est Deus, ubi discordia dominatur. *Homil.* 10, *Oper. imperfect.* sup. *Matth.*

30. In quibus est unius fidei munus, una est virgine concordia. *Ibid.*, *Homil.* 26.

31. Si ut discordia debilitat, ita concordia corroborat. *Homil.* 81, in *Joan.*

32. Ubiq; bonum est concordia. *Homil.* 7, super *Acta Apostolorum.*

33. Sicut Deum magis exacerbat per conspirationem esse malos, ita magis illum laetificat in concordia esse bonos. *Ibid.*, *Homil.* 37, in *Moral.*

34. Si alcubi pietatem labefactari vidris, ne praeparas concordiam veritati, sed generose persistas ad mortem usque. *Ser.* 22, sup. ep. ad Rom.

35. Nihil concordia in familia majus, nihil que magis necessarium; id enim praestat pecuniis, et ingenuitati, atque potentiae, et caeteris omnibus longe utilissimum est. *Homil.* 4, sup. *Ep.* ad Titum.

36. Concordiae nihil est aequale, nihilque consentientium paci. *Hom.* 51, ad *Popul. Antioch.*

37. Concordia bonitate plena est. *Homil.* de eo quod *David dixit: Quis sum ego?*

38. Nihil concordiae, et mutuae voluntati aequiparandum. *Hom.* 77, in *Joan.*

39. Diversitas rerum nunquam potest habere concordiam. *Hom.* 11, ad *Monachos.*

40. Concordiam malorum contrarium esse bonorum, perspicuum est. *Lib.* 3, de *Sum. bono.* cap. 31, sect. 2.

JOAN. TRITH.

S. ISIDORUS
HISPALENS.

41. Impeditur concordia honorum, si unitas non dividitur iniquorum. *Ibid.*

42. Quisquis per feritatem animis suis contentus bermalibus non concordat, ferarum more solus necesse est ut bestialiter vivat.

S. PETR. DAM.

43. Ubiq; est pax, ibi concordia; non tamen ubiq; est concordia, ibi est pax. 2, 2, quest. 29, art. 1, argum. 2.

S. THOMAS
AQUINAS.

44. Ubi concordia, ibi Deus et omnia bona; ubi discordia, ibi diabolus, et omnia mala. In *Horulo Rosarum*, cap. 16, sect. 2.

THOMAS A
KEMPIS.

SENTENTIAE PAGANORUM.

45. Ex quo tempore concordia de civitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, respública sublata est. *Lib.* 4, de *Arie Rhetorica ad Herennium.*

CICERO.

46. Hunc statum qui nunc est, qualiscunque est, nulla alia re, nisi concordia, retinere possumus. *Orat.* 29, de *Haruspium responsis.*

47. Concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur. *Epist.* 84.

SENECA.

CONCUPISCENTIA.

Definitio. Concupiscentia est appetitio ejus quod deest, vel desiderium fruendae voluptatis; vel dolor ob id quod non potitur eo quod cordi est atque animo gratum; aut est aliqua affectio ad id quod est suave, et jucundum, quo frui non licet. *De Anima et Resurrect.*

S. GREGORIUS
NYSSENUS.

- HUGO CARD. Concupiscentia carnis est desiderium omnium, quae ad voluptatem et delicias corporis pertinent. Sup. Ep. 1, *Joann.*, cap. 2.
- S. THOMAS AQUINAS. Concupiscentia est calor noxius, quo qui calefit, impugnat quidem, sed non uritur, nisi humorem gratiae perdat a concupiscentia superatus. Sup. 1, *ad Cor.*, cap. 7, lect. 4.
- S. ANTONIN. Comparatio. Sicut ex visu mulieris inardescit concupiscentia viri, ita ex visu viri inardescit concupiscentia mulieris. Part. 3, tit. 16, § 10.
- HUGO CARD. Sicut concupiscentia carnis communis est, et se extendit ad omnes sensus secundum viam delectandi; sic concupiscentia oculorum communis est, et se extendit ad omnes sensus secundum viam agnoscendi. Sup. 1, *Joan.*, cap. 2.
- S. MAXIMUS EPISC. Syrenarum quaedam suavis figura est, mollis concupiscentia voluptatum, quae noxiis blandimentis constantiam capite mentis etiaminat. Homil. 4, *de Passione*.
- S. EPHREM. Productio. Concupiscentia prava, mater vero est peccati. Parenes. 40, *ad Monachos*.
- S. JOANNES CHRYSOST. Sicut ira mater est homicidii, sic concupiscentia mater est adulterii. Hom. 12, *Oper. imperf. sup. Matth.*
- PETRUS BLESENSIS. Concupiscentia est mors animae, transgressio- nis mater, magistra nocendi, principilaria iniquitatis, auriga malitiae, sicaria virtutum, seditio- nis origo, fovea scandalorum. *Invectiva contra Depravatorem*.
- SENTENTIAE PATRUM.
- S. AMBROS. 1. Nihil esset concupiscentia, nisi eam caro inflammaret; friget in senibus, ardet in pueris, in adolescentibus servet. *De Isaac et Anima*, cap. 7.
2. Gravissima passio est concupiscentia, quam ratio mollit et comprimit: emollire enim potest, eradicare non potest. Libr. 4, *de Jacob et vita beata*, cap. 1.
3. Non formam mulieris animus prius, quam corporis oculus concupiscit; quod non videris, non amabis: sed ubi caro concupierit, compatiens quoque animi constantia defatiscit, et mens consortio amoris inflectitur. Libr. 4, sup. *Luc.*, cap. 4, in illud 4, *Cor.*, 5: *Melius est nubere quam uri*.
- S. ANSELMUS. 4. Quandiu caro mortalis est, non potest a concupiscentia penitus esse libera; minui quidem quotidie possunt concupiscentiae, sed ex toto non possunt auferri quandiu hic vivitur. Sup. *Ep. ad Rom.*, cap. 7, in illud: *Ego autem carnis sum*.
- S. ANTONINUS. 5. Concupiscentia carnis intellectum obscurat, qui dum passionibus deservitur, ratio vehementer passionum absorpta a suo lumine excecatur. *Prosec.*
6. Mentem enervat, et animam a virtute elongat; quia dum libido in carne dominatur, ceterae vires emollescunt, ut ad virtutum surgere nequeant. Part. 4, tit. 5, *de Justitia*, cap. 4, § 2.
7. Qui viderit mulierem ad concupiscendam s. ACOSTIN eam, idest hoc fine et hoc animo attenderit, ut eam concupiscat; quod jam non est titillari delectatione carnis, sed plene consentire libidini, it aut non refrænatur illicitus appetitus, sed si facultas data fuerit satiatur. Libr. 2, *de Serm. Dom. in monte*.
8. Timore frænatur concupiscentia, si amore non eligatur continentia. Lib. 2, *de Adulterinis conjug.*, cap. 23.
9. Male utitur malo, concupiscentiam relaxans adulterio; bene utitur malo, concupiscentiam restringens conubio. Lib. 1, *de Peccat. meritis et remissis*, cap. 29.
10. Carnalis concupiscentia laudabilis continentiae virtute frænatur, quam fructibus impeditur nuptiarum; tam magnum est enim malum ejus, ut eo non uti, quam bene uti sit melius. Libr. 4, *contra Julian.*, cap. 7.
11. Concupiscentia in hac vita potest minui, non potest consumi. *Ibid.*, lib. 6, cap. 5.
12. Qui concupiscentiam contemnit vincere, adversus se ipse divisus, igne proprio concrematur. Sup. *Psalm. LIII.*, vers. 8: *Supercecidit ignis*.
13. Non concupiscere omnino perfecti est, post concupiscentias suas non ire pugnantis est, lucantis, laborantis. Serm. 5, *de Verbis Apost.*
14. Si consuetudine vitae hujus accessit concupiscentia, bona consuetudine morigetur, non eam cedendo satiare, sed resistendo necare. Serm. 2 *Dom. 3 post Epiph.*
15. Concupiscentia sic insidiatur sanelis, ut faciat dormientibus, quod non potest vigilantibus.
16. Facilius concupiscentia refrænatur, quam nulla expectatione succenditur. *Prosec.*
17. Contra quam tamen nisi oreur ut superetur, ipsa illicita exoptatur ardentius. *De Bono viduit.*, cap. 20.
18. Si vel spernentibus, vel tardantibus sponsis, vel peregrinantibus maritis, carnalis concupiscentia potuit contineri, ne stuprum aut adulterium committeretur, cur contineri non potest ne sacerlegium committatur? *Prosec.*
19. Quanto magis absque culpa est concupiscentia in corpore consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis? Lib. 1, *de Civit. Dei*, cap. 33.
20. Si repressa est cum serveret dilatata, cur non opprimitur cum frigerit amputata? *Ibid.*
21. Noli consentire concupiscentiae tuae, non est unde continet nisi de te. Consensisti? quasi concubasti in corde tuo. Homil. 42.

22. Ne abstraharis a concupiscentia tua, nega te illi, noli eam sequi: illicita est, turpis est, aliena te a Deo. *Ibid.*
23. Noli dare concupiscentiae consensionis amplexum, ne plangas partum: quia si consenseris, concipit; cum conceperit concupiscentia, parit peccatum. *Ibid.*
24. Cum ad concupiscentiam quondam curris, cogita quo modo abibis, et hinc discedes; si cogitaveris quod in terram dissolveris, sedata est concupiscentia. Hom. 11, in *Hexam.*
- S. BASILIIUS MAGN. 25. Ignis concupiscentiae carnalis, quanto diutius ardere permittitur, tanto difficilius extinguatur. In suis *Proverb.*, verbo *Ignis*.
- V. BEDA. 26. Plene concupiscentia mundi, quam substantia nocet. In *Declarat.*
- S. BERNARD. 27. Nihil ita contrahat oculos animae, ut fumus concupiscentiarum. Super cap. 9, *Joann.*, collat. 43.
- S. BONAVENT. 28. Sufficit ad perdendum meritum, et ad omne peccatum perpetrandum, concupiscentia cum consensu. In *Medit. vitae Christi*, cap. 44.
29. Magna est securitas cordis, nihil habere concupiscentiae secularis. In *Collat. de contemptu saeculi*.
- S. CYRILLUS HIEROSOL. 30. Reus videbitur, et non erit concupiscentia. *Catechis.* 2.
31. Si ostium ocluseris, minime tibi concupiscentia nocet: si vero neglecte susceperis concupiscentiae incitationem, radices in te figet, et mentem tuam ligabit, et te detrahet in foveam malorum. *Ibid.*
- S. EPHREM. 32. Concupiscentiae refia vel escam in hamo tendit adversarius, ut animas omnes sibi obnoxias reddat. *De Recta vivendi ratione*, cap. 31.
33. Habet hoc sibi familiare concupiscentia mala, ut mox ubi peccatum suum consummaverit, iisdem vestigiis dolor subsequatur. *De Virginit.*
34. Resiste urenti concupiscentiae, ut flammam quae nunquam exstinguetur, effugere queas. In illud: *Attende tibi*, cap. 3.
35. Concupiscentia per se sine torpore mortua est: quando autem concupiscentia impetus ad corpus accesserit, subito concupiscentia vita accipit, et in concupiscentiae dulcedine mens occupatur. In *Serm. parænetico*.
- S. EUSEBIUS EMI-SEN. 36. Diabolus per rerum carnalium concupiscentias extrinsecus blanditur, intrinsecus insidiatur. Hom. 3, *de Epiph.*
- GILBERTUS ANGLUS. 37. Concupiscentia cum sola est, satis inardescit: exterior vero materia si accidit, insanit. Serm. 26, sup. *Cant*
- GLOSS. ORD. 38. Qualiacunque sint, quae super concupiscentiam vitiorum fundantur, non stabunt. Sup. *Matth.*, cap. 6.
39. Quod concupiscitur fit dulcius dum vetatur, et sic fallit peccatum per mandatum. Sup. *Ep.*, *ad Roman.*, cap. 7.
40. Caro nihil nisi per animam concupiscit, sed concupiscere dicitur, cum anima carnali concupiscentia spiritali reluctatur. *Prosec.*
41. Ipsi enim carnalis concupiscentiae causa non est in anima sola, nec in carne sola, sed ex utroque fit, quia sine utroque delectatio nulla sentitur. Sup. *Ep. ad Galat.*, cap. 3, in illud: *Caro concupiscit adversus spiritum*.
42. Tanto quisque a se plenius pavorem, qui s. GREG. MAG ex mundo est, abicit, quanto in semetipso verius concupiscentiam mundi vincit. Lib. 10, *Moral.*, cap. 12.
43. Nihil sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitum valet, quam ut unusquisque hoc, quod vivum diligit, quale sit mortuum penset. *Prosec.*
44. Considerata corruptione carnali, citius cognoscitur, quia cum illicite caro concupiscitur, tabes desideratur.
45. Is qui in desiderio carnalis corruptionis aestuat, ad fetorem putredinis anhelat. *Ibid.*, lib. 10, cap. 29.
46. Caro cum concupiscitur, pensetur quid sit exanimis, et intelligatur quid amittat. *Ibid.*
47. Magna est securitas cordis, nil concupiscentiae habere secularis. *Prosec.*
48. Si ad terrena adipiscenda cor inhiat, securum tranquillumque esse nullatenus potest: quia aut non habita concupiscit ut habeat, aut adepta metuit ne amittat. *Ibid.* lib. 23, cap. 10.
49. Plus concupiscentia, quam necessitas petit. Hom. 19, sup. *Ezech.*
50. Pudeat terrena concupiscere, et dorsa mentium ascendentibus adversariis prebere. Hom. 31, sup. *Evam*.
51. Mens reproba dum concupiscentiae subditur, charitale spoliatur. Lib. 3, in 1, *Reg.*, cap. 4.
52. Per concupiscentiam fervor charitatis extinguatur, et per peccatum ardor concupiscentiae augmentatur. *Ibid.*
53. Male moderi concupiscentiae morbo satagit, qui ad hoc explere concupiscentias cogitat, ut quiescat. *Ibid.*
54. Tanto erit post peccatum concupiscentia major, quanto ipsa sibi esse incipit peccati delectatio gratior. *Ibid.*
55. Omnis qui veltia concupiscit, dum præceptorem despiciit, superbit. *Ibid.*
56. Concupiscentia carnali ostia dum consensus aperit, ad innumera corruptionis mala protrahit. Lib. 4, *Moral.*, cap. 24.
57. Carnis vita per momenta deficit, et tamen

carnale desiderium crescit. *Ibid.*, lib. 10, cap. 13.
 58. Concupiscentia ipsa prius mentem, occupat, quam se mens peccato substernal. Lib. 5, in IV Reg. cap. 4.
 HUGO A S. VICTORE. 59. Nullus portus illi tutus est, nulla statio securae, nulla serenitas tranquilla; qui intrinsecus concupiscentia suae aestibus jactatur. Lib. 3, de *Arca Noe*, in *Moralis*, cap. 7.
 S. INNOC. III. 60. Si potest ignis non urere, potest caro non concupiscere. Lib. 1, de *Contemptu mundi*, cap. 16.
 JOAN. CASS. 61. Si carnales concupiscentias de cordibus nostris desideramus eruere, spirituales in earum locis plantamus protinus voluntates: ut his animus noster semper innexus, et habeat quibus jugiter immoretur, et illecebras presentium ac temporalium respuat gaudiorum. In *Collat.* 42. *Abbatis Charemonis*, cap. 5.
 S. JOANNES CHRYSOST. 62. Mala concupiscentia, telum est diaboli. Hom. sup. *Gen.*
 63. Humanum genus non potest subsistere intra suos limites, sed amplius concupiscens, majora supra se appetit: et hoc est quod humanum genus potissimum perdit. *Ibid.*, hom. 30.
 64. Efferata et mala bestia concupiscentia, quando rationem vicerit, nihil quod oportet videre finit, sed quasi in tenebris et pugna nocturna omnia facit. *Ibid.*, hom. 43.
 65. Cum mulier pulchra concupiscitur, pulchritudo non est in culpa, quia pulchritudo Dei est donum. In *Exposit. superscriptionis Psalmi 1*.
 66. Ignis concupiscentiae simul atque per oculorum intuitum elegantem et venustam attigerit formam, protinus exurit animum. Hom. 3, de *Verbis Isaiae*.
 67. Multo magis laboriosum est in securitate concupiscentias vincere, quam in periculo divitias posse continere. Hom. 31, *Oper. imperf. sup. Math.*
 68. Cum quod concupiscitur, prohibetur, eo redditur validior concupiscentiae flamma. Serm. 12, sup. *Epist. ad Roman.*
 69. Nihil adeo concupiscentiam inflammat, sicut christus et violentia. *Ibid.*, serm. 24.
 70. Noli plus concupiscere, quam exigit necessitas, ne totum amittas. Hom. de *Avaritia*.
 71. Nulla re alia magis anima tribulatur, quam concupiscentia. Hom. 71, sup. *Math.*
 72. Insuper nobis concupiscentia, si eam delicia in inundationibus ebrietas, cupiditates generat turpes, et voluptates admodum turpiore. Hom. 29, super *Epist. ad Hebr.*
 S. ISID. HISP. 73. Saepe iniqui mala, quae concupiscunt, assequuntur; quatenus de affectu mali desiderii fortius puniantur. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 41, sent. 6.
 74. Gravius illos diabolus in concupiscentiis saeculi ferit, quos post renuntiationem ad saeculi amorem reduxerit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 22, sent. 8.
 75. Fidelis et religiosus animus, ea quae sunt caelestia concupiscit. Serm. 2, de *Annivers. die Assumpt. ejus ad Pontificatum*.
 76. Immunda est anima, quaecumque cogitationum concupiscentiis impleta est. De *Charitate*, centuria 5, sent. 14.
 77. Qui fugit omnes mundanas concupiscentias, omni mundana materia se superiorem collocat. *Ibid.*, sent. 22.
 78. Cum lasciviant oculi per illicitas concupiscentias, quid aliud nisi ignem sibi concupiat? Hom. in *Leviticum*.
 79. Pulchritudo corporis non est concupiscentia, sed formae decus, concupiscentia rapit ei perducit ad lapsum. Serm. 116.
 80. Nimis turpe est, ut terrenae simus concupiscentiae dediti, qui et Dei vocamur filii, et ad obtinendam caelestem hereditatem per Christi gratiam mereamur adscribi. Serm. 9, de *S. Benedicto*.
 81. Concupiscentia nunquam expletur, semper indiget, nunquam non siticulosa. Lib. 2, *Legis Allegor.*
 82. Quid deterius concupiscentia mala? quae ita totam excecet mentem, ut non tantum timorem Dei, quantum etiam ipsas penas legum infamemque mortem oblivioni dans, nihil ipsi remaneat luminis. De *Promiss.*, part. 1, cap. 36.
 83. Non solum non moechandum est, sed nec oculis consentiendum ad concupiscentiam. *Ibid.*, part. 2, cap. 1.
 84. Concupiscentia boni, virtutum fructus germinat. Lib. 1, de *Laud. Crucis*.
 85. Qui concupiscentia carnali delectatur, et s. REMIGIUS. dulcedine peccati fruitur, diabolo et peccato se vendit, cui se supponit. Super *Epist. ad Roman.*, cap. 7.
 86. Nihil inferius in homine, nihil infirmius carnali desiderio. Part. 1, tract. 1, de *Statu interioris hom.*, cap. 3.
 87. Dum animus carnali desideria et illectus et abstractus, nunc affectum suum, nunc appetitum concupiscentiarum suarum sequitur, nunquam quietus, nunquam tranquillus esse permittitur. *Ibid.*, cap. 8.
 88. Mens humana, quae multiplici rerum visibilium concupiscentia excecatur, ad spirituum honorum contemplationem difficile renovatur. Part. 2, lib. 2, sup. *Apocal.*, in Prologo.
 89. Qui totum persuadere vult concupiscenti, quidquid concupierit aspectu, equus insaniens est. Lib. 41 de *Cubern. Dei*.

S. LEO I.

S. MAX. MAER.

ORIGEN.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. PETRUS DAMIANUS.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

RABANUS.

S. REMIGIUS.

RICH. A SANC.

TO VICTORE.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AMBROSIIUS.

SALVIANUS.

90. Non tanto major fit concupiscentia, quanto magno fecit, quod concupuit. De *habitu mulierum*, cap. 8.
 91. Elsi saeviat concupiscentia carnis, timore Dei habeas, et tolletur ejus insania. Sup. II, ad *Cor.*, cap. 7.
 92. Cum alicui prohibetur id quod concupiscit, vehementius in concupiscentiam illius exardescit: sicut fluvius apposita obice fortius fluit, et obicem frangit. *Prose.*
 93. Prohibitio ejus quod concupiscitur, ponit illud quod prohibetur quasi extra hominis potestatem, et ideo concupiscentia magis exardescit in rem concupitam dum prohibetur. Sup. *Ep. ad Roman.*, cap. 5.
 94. Latere quærit concupiscentia propter turpitudinem. 1, 2, quest. 48, art. 3.
 95. Concupiscentia nunquam satiat. *Opusc.*, opusc. 9, de *Novo principio: Non concupiscet.*
 96. Quanto caro magis fovetur, tanto concupiscentia crescit. *Ibid.*, de *Perfect. vita spirit.*, cap. 9.
 97. Nil sic morbidum, sic contagiosum invenitur in homine, sicuti concupiscentia carnalis, et indomita libido, quae totam corrumpit animae pulchritudinem. Serm. 6, ad *Fratres.*
 98. Nil altum, nil delicatum, nil curiosum, nil transitorium concupiscas, et maximas inquietudines amputasti. *Medit.* 16, de *Cordis munditia*, cap. 3.
 99. Desine concupiscere, et desines indignari. De *Reconit. propria fragil.* cap. 1, sect. 2.
 100. Natura excitat concupiscentias, sed iugis et intenta abstinentia has etiam extinguit. Lib. 8, cap. 152.
 101. Carnis concupiscentia est domesticus hostis, hic stimulus, hic tyrannus manet in homine post Baptismum. Sup. *Psalm.* 1.
 102. Per concupiscentiam diabolus diverse hominum mentes capit ac decipit. Serm. de *Spe.*
 SENTENTIA PAGANORUM.
 103. Qui concupiscit, dolore angitur. Lib. 3, de *Moribus*, cap. 11.
 104. Temporalia non quia concupiscenda sunt, laudantur: sed concupiscuntur, quia laudantur. Ep. 81.
 105. Donec in desideris est caro, anima ignorat Deum. Sent. 128.
 106. Omnia habet, qui nil concupiscit: eo quidem certius, quam qui cuncta possidet. Lib. 4, *Dictor. memorab.*, cap. 4.
 107. Inutiliter aliquid concupiscere, et in eo perseveranter morari, exitio ea dulcedo vicina est. *Ibid.*, lib. 7, cap. 2.
 Vide etiam titul. *Ascendere*, sent. 6; *Asperitas*, sent. 16; 54, 55, 56, 57, 61, 62, 84, 86, 132; *Consuetudo*, sent. 47; *Mulier*, sent. 115; *Occupatio*, sent. 23; *Peccatum in genere*, sent. 141; *Pulchritudo*, sent. 128.
 CONFESSIO.
Etymologia. Confessio dicitur quasi cordis fassio, id est manifestatio. Part. 3, tit. 14 de *Sacram.* cap. 10, § 2.
 Confessio dicitur quasi simul fassio, scilicet oris s. BONAVENT. et cordis. Sup. *Psalm.* xx.
Definitio. Confessio vera est sincera peccatorum absque velamine coram sacerdote legitimo manifestatio. De *Paradiso animæ*, part. 4, de *Virtut.*, cap. 40.
 Confessio est per quam morbus latens spe s. ANTONINUS. venio aperitur. Part. 3, tit. 44, de *Sacram.* cap. 19.
 Confessio est conscientiae mundificatio. Expos. s. BONAVENT. 2, sup. *Psalm.* cxviii, art. 1, versiculi 7, cap. 1.
 Confessio est penitentia, qua quis inclinatur JOAN. GERS. dicere omnia peccata sua mortalia exterius sacerdoti. In *Descript. terminor.*, cap. *Justitia*.
 Confessio est rei, scilicet ejus quae ignoratur professio cognitio. Lib. 6 *Etymol.*, cap. 49.
 Confessio est coram sacerdote legitima peccatorum declaratio. In *Supplem. tertiae partis*, quest. 7, art. 1, arg. 4.
Divisio. Confessio duobus modis accipitur s. AUGUSTIN. Scripturis; est confessio laudantis et est confessio gementis. Sup. *Psalm.* xciv, vers. 1.
 Constitendum est tripliciter: patenter, ferventer, festinanter: patenter, ut sit vera sine excusatione; festinanter, ut sit confessio prompta sine dilatione. Expos. 2, sup. *Psalm.* cxviii, vers. 7, cap. 1.
 Duplex est confessio: altera criminis, altera HUGO A SANC. laudis. Confessio criminis est conversio peccatoris, confessio laudis est glorificatio Creatoris. Sup. *Psalm.* xci, cap. 64.
 Triplex est confessio. Una est confessio fidei, s. THOMAS aquinas. alia est confessio gratiarum actionis sive laudis, tertia est confessio peccatorum. 2, 2, quest. 3, art. 1, in corp. ad 1.
 SENTENTIA PATRUM.
 1. Si vis justificari, fateere delictum tuum; solvit enim criminum nexus verecunda confessio peccatorum. Lib. 2 de *Penit.*, cap. 6.
 2. Novit omnia Dominus, sed expectat vocem tuam, non ut puniat, sed ut ignoscat. *Prose.*
 3. Non vult ut insultet tibi diabolus, et celantem peccata tua arguat; preveni accusatorem

S. ANTONIN.

S. BONAVENT.

S. ALBERTUS MAGNUS.

S. ANTONINUS.

S. BONAVENT.

JOAN. GERS.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AUGUSTIN.

S. BONAVENT.

HUGO A SANC.

TO VICTORE.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AMBROSIIUS.